



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Novissima Polyantha, In Libros XX. Dispartita

Dominicus

Francofurti, 1613

Dubitatio

[urn:nbn:de:hbz:466:1-97211](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-97211)

nimis donis, accito factus opulentus, filiis suis: Filii, inquit, perieramus, nisi perissemus. *Plut. in apoph.*

Civili seditione, quae in *Xisti IV. Pontificis* tempora incidit. Pomponii Lati domo temere direpta, tam multa sunt hinc inde illi congesta ab amicis & affectatoribus, ut pene plura accepisse creditur, quam amiserit. *Sabell. in Pomponij vita.*

Tarjenna Hetruscorum Rex, cum inita cum Romanis pace, castra ab urbe Roma moueret, militibus imperavit, ne praeter arma aliquid secum ferrent, verum omnia alia in tabernaculis relinquerent, quod ea Romanis dono dabat. *Bapt. Fulg. lib. 4.*

Vide Munera.

Dos.

DEFINITIO ET ETYMOL.

DOS, Graece *δοσις*. Et est donatio facta a patre mulieri, vel ab extraneo, vel facta a muliere ipsi viro pro oneribus matrimonii sustinendis, secundum *Canonistas* *Ges. & Ho. in cap. Raynaldi. de testat.*

Dos non solum ea dicitur, quae marito ab vxore datur, vnde bona dotalia: sed etiam quicquid alicui datum est, vel a natura, vel ab hominibus: vnde dotes animi dicimus, prudentiam, iustitiam, ceterasque virtutes. Item, dotes corporis, vires, pulchritudinem, bonam, valetudinem, & alia huiusmodi. Dicitur autem dos a do, das:

SENTENTIAE POETARVM.

Hor. Carm. 24.

*Dos est magna parentum
Virtus & metueni alterius viri
Certo sedere castitas.
Et peccare nefas, aut pretium mori.*

Plaut. Amph.

*Non ego illam mihi dotem duco esse, quae dos dicitur,
Sed pudicitiam & pudorem, & sedatam Cupidinem,
Deum metum parentum amorem, & cognatum concordiam.
Tibi morigeram, atque ut munifica sim bonis, pro sim probis.*

Idem Aulul.

*Dummodo morata recte veniat, dotata est satis.
Bias per Aulon.*

*Quae dos matronis pulcherrima? vita pudica.
Plaut. Pers.*

*Tace stulta, non tu nunc hominum mores vides
Quotysmodi hic cum mala fama facile nubitur,
Duae dos sit, nullum vitium vitio vertitur.*

Plaut. Aulul.

Argentum accipi dote imperium vendidi.

PHILOSOPHICAE SENTENTIAE

Francisci Petrarchae.

De optima dote. Dial. LVIII.

GAYD.

Dote auctus sum optima. R. Et optima tyrannide malum malo additum. Superbiae coniugalis duo stimuli, dos & forma. G. Multum dotata vxor est mihi. R. Multum dotata vxore nihil est importunius; nihil intractabilius, nihil sibi non licitum arbitratum, quae sunt opes mariti comparat egestati, quae virum patet, dominam se putat esse, non sociam. G. Magna dos meum subiit limen. R. Vnde dos ingreditur, inde libertas egreditur, quod bene prouiderat Lycurgus, cuius lege cautum fuit, ut indotatae nubere, adiecta ratio, ut vxores eligerentur, non pecuniae, seueriusque matrimonia sua viri coererent, cum nullis fratris dotis tenerentur, vtrumque sapienter. Nam & verè multis in domibus, non viro vxor, sed pecunia nubit avaritiae, & est vtique magna dos licentia coniugis, frenum viri. G. Ingens cum vxore dos obuenit. R. Muta ordinem, imò enim cum ingenti dote vxor subiit, quam libentius exclusisses, si sola posset excludi plane. Coniugium obscenum, vbi non spe proles ad cubiculum viri virgo, sed ad arculam avaritiae impulsit dos concupita deducitur. G. Magnam mihi dotem vxor attulit. R. Dic verius, magnam pretium libertatis tuae, quae sibi chara esset (vt decuit) nullo etiam pretio vendidisses. G. Ditissima mihi vxor obtigit. R. De moribus nihil naras. Nempe nihil, vt reor, de moribus cogitasti, deque optimis feminae dotibus, fide, verecundia, castitate, modestia. Sunt vobis ista contemptui, & solum in nuptiis vestris attenditur dos & forma, hoc est, avaritia & libido, pronuba matrimonii his condignae. G. Pecuniosissima est coniux. R. Vide annon Theopisculeum illud consilium, quo diffinit: Malle se virum pecuniam, quam pecuniam viro indigentem, recte etiam ad foeminas trahi

possit. G. Vxor mihi praedues est. R. Quanto melius te requiescere, quam laborare cum superba, melius esse te pericula humilium, quam cum insolenti diuite litigare. G. Immensta est. R. Consequens est, vt elatio animi sit, immoderata autem viri nullus. Non audetis vitia reprehendere, dotem, non praesumes humiliare illam, per quam te tolerabis. An forte non Aurelii Antonii principis mortem, qui philosophi cognomen ob imperium non omnino peris noceret adulteria & amici, vt eam vel occideret, vt mitteret, horrentur, respondebat: Si vxorem dimittimus, & dotem, dos autem erat imperium. Vides, vt ingentem dos frænabat, tuum forsitan non frænabit. G. Dotem maxima, infinita, inexultabilis est. R. Dos matrimonium portandis, non avaritiae estibus irritandis inuenta est. magis illam exaggeras, magis infamas, vt quae vixit noceat, & hinc dantis impudentiam, hinc concupiscentiam, & hinc auctura sit. G. Est mihi maxima dos vxoris. R. Non dos, sed qualis sit vxor refert, & in dote ipsa non quatuor qualitas existimanda est, vnde scilicet profecta, quibus multae magnae dotes malis artibus sunt questitae. Heliodorus & Panicum morem notis, quorum nuptus non pariter stupris ac dedecore dos conitabat.

APOPHHEGMATA.

Chilon dicere solebat, vxorem humilem modico pretio vendendam esse, ne pro coniuge dominam in domum accipere nimis dotata venit puella, quae pudicitiam & honestatem adfert. Propterea hoc erat vnum ex Laconicis institutis, sine dote nuptum irent. *Laert. l. l. c. 4.*

Lycurgus interrogatus, cur lege cauisset, vt absque dotes uirgines elocarentur: Vt, inquit, neque propter inopiam quaerentur in nuptas, neque ob diuitias expectarentur. *Plaut. apoph.*

Ephori Lyfander pulchras habebat filias, quarum quaedam quidam; viuentem adhuc Lyfandro, petere, eo defuncto, huiusmodi recufabant, iis Ephori dicere multam, eo defuncto, nitem esse credentes coluerunt, eundem iustum ac prope perate agnitem contemnerant. Hoc vt apophthegma salubre est exemplum fuerit, quod admodum, quod matrimonii magis spectandam virtutem, quam pecuniam perfidos & inconstantes esse amicos, qui amicitiam mutuantur, cuius spe adempta, protinus recedunt ab amicitia illud nos admonet, honestius esse fama quam pecunia. *Plut. in Lacon.*

Lacena quaedam virgo paupercula rogata, quomodo esset allatura? Pudicitiam, inquit, a maioribus traditam, profecta est, eam esse pulchre dotatam, quae mores in se ferret ad nuptias. *Plut. in apoph. Lacenarum.*

Hermocrates, Antipateri Hieropolites, quum dicitur ueri Caesaris filiam, formae parum felici: & famulatum interrogaret, quando laturus esset? *ta avaxavov* respondit, quae sponsa amici deferebant spolio, sponsa debebat exhiberi spectanda. Hermocrates respondit, *ta xalov* regem nuptiarum, id est, *ta xalov* quam talem ducar, *ta xalov* est rege, *ta xalov* deforme est, regi magis oportet, quam rege. *Plaut. apophth.*

M. Antonius, eius vxor Faustina male audiebat regentibus amicis, vt eam repudiaret, si nollet occidere, quod si dimittimus, reddamus & dotem. Dotis nominis perium, quod ab focero, volente Adriano, adoptauerat *liis Capitolinus.*

Vide Nuptias, Sponsa, & vxor.

Dubitatio.

DEFINITIO ET ETYMOL.

DUBITATIO, Graece *δυσία*, & *δυσία* dicitur, quia autem dubitatio iudicio deficiente accipitur, quae formidine, & ad neutram partem detrahatur.

Dubium, Graece *ἀμφίβολον*, vti, & *ἀμφίβολον* dicitur, quod autem dubium motus indifferens in vtramque partem tendit, secundum *Isid. lib. Etym. 4.*

Dubium est & qualitas rationum contrariarum, quae in *sophiam.*

Dubius a de & habeo componitur, quasi de habebis intelligens, vnde fit dubito, & subdubio, id est, aliquando dubito, & subdubius, aliquantulum dubius, & dubitatio, quod veteres utebantur.

